Holkot, Robertus: Super sapientiam Salomonis
Basel: [Johann Amerbach, and Johann Petri de Langendorff?], 1489, 1489 Seite 447



# ¶ Capitulū. XIX Lectio. CCVI

¶ Tertia ꝯditio ire dei est: ꝙ in plures excitatꝛ ob vnius prauitatē. Nam ꝓpter vnius ꝑsone maliciā flagellat deus aliquādo vnam magnā multitudinē. Exemplū Exo. xxj. vbi dicitꝛ ꝙ tota domus Abimelech sterilis facta fuit propter demeritū Abimelech. ⁊ totus ꝑplus israel ꝓpter peccatū Achor punitus fuit. Vñ dicitꝛ ibi. Nō poteris stare ꝯtra inimicos tuos: donec deleatꝛ ex te q̄ cōtaminatus est hoc scelere dicit dñs ad Josue. Josue. vij. Propter qḋ legim⁹ Phinees dixisse cuidā parti filiorū israel Josue. xxij. Vos hodie dñm reliquistis ⁊ cras in vniuersum israel ira eius deseuiet. Nonne Achor fili⁹ Zare p̄terijt mandatū dñi ⁊ super oēm populū israel ira eius incubuit: Domin⁹ eñi aliquādo punit vnū hominē ꝓ peccato alterius tēporaliter: sed eternaliter nō. ¶ Quarta cōditio ire dei est ꝙ non mitigatur nisi ꝑ humilitatē. Natura eñi leonis est nō irasci nisi ledatꝛ. Prostratis eñi hoībus parcere dicitꝛ. Juxta illud poeticū. Parcere ꝓstratis scit nobilis ira leonis. Eodē mō xp̄s nō irascitꝛ nisi lesus. Vñ Esa. lxiiij. Ne irascaris dñe satis: ⁊ ne vltra memineris iniquitatū nostrarū. Unde nota ꝙ quātūcunqꝫ deū offenderis si te humiliaueris placabis eum. ij. Paralip. xij. Quia humiliati sunt: auersa est ira dei ab eis.

¶ Lectio. CCVI.

## D Ucebat eni illos

ad hūc finē digna necessitas: ⁊ horꝝ q̄ acciderāt cōmemorationē amittebāt: vt que deerant tormētis repleret punitio ⁊ ꝑplus quidē tuus mirabiliter trāsiret. Illi autē nouā mortē inuenirēt. ¶ Postqꝫ declaratū est ꝙ egyptij ꝑsequentes filios israel vtebātur ꝯtra eos vehemēti malicia. In ista parte ostenditꝛ ꝯsequēter ꝙ statim postea submersi fuerūt ex ꝯueniēti diuina iusticia. Et p̄mo tangitꝛ eorꝝ pena. Secūdo ipius pene finalis causa ibi. Ut que deerant. Ex parte pene dicitur sic. Ducebat eñi illos scꝫ egyptios ⁊ ꝑsecutores filiorum israel ad hūc finē: scꝫ vt ꝑciditarentꝛ in mari rubro: digna necessitas. id ē exigētia culpe: que talē mortē meruit. Nā oīm plagarū p̄cedentiū q̄ eis acciderāt obliti fuerūt ex eorꝝ ꝑtinaci malicia. Et ideo dicit. Et horū que acciderāt cōmemorationē amittebāt. Causa vero finalis tangitꝛ in genere cū dicitꝛ. Que deerant tormētis repleret punitio. i. id quod deerat plagꝭ quas euaserant: repleret. i. ꝑfecte ꝯsūmaret punitio vsqꝫ ad mortē. Sꝫ in specie ipa cā finalis magꝭ exprimitꝛ qua scꝫ egyptij submersi sunt in mari rubro. Cui⁹ submersiōis duplex est rō. Una fuit vt ꝑplus dei trāsiret magꝭ mirabiliter. Alia vt egyptij inusitata morte perirēt miserabiliter ¶ Preterea eñi magꝭ miramur filios israel impune trāsisse: cedēte illis mari: qꝛ etiaꝫ videm⁹ egyptios sbmersos fuisse: mari sup eos denuo redeūte: ⁊ hoc est qḋ dicit. Et ꝑplus quidē mirabiliter trāsiret. i. ꝑ siccum in medio marꝭ. Illi aūt. i. egyptij nouā mortem inuenirent. Hec mors dicitꝛ noua fuisse: nō qꝛ multi hoīes ante submersi nō fuissent: ſ ꝓpter modū submergēdi: qꝛ nutu diuino recepit eos oēs: mare stās ab vtraqꝫ ꝑte sicut murus. Et cū oēs submersi fuissent: ⁊ filij israel iam litora attigissent: diuisit mare in alueū suū ⁊ omnes egyptios cōclusit. Moraliter loquēdo sic frequēter accidit ꝙ illud qḋ est materia ꝓmotionis in p̄ncipio: est causa ꝯfusionis in termino. ¶ Mundus quādoqꝫ cedit homini in p̄ncipio fauēdo sibi ⁊ dādo sibi diuitias ⁊ honores: donec fuerit ꝑfecte implicatus curis ⁊ sollicitudinibus ⁊ superbia seculari. ⁊ tunc qñ credit se esse in optimo statu ⁊ apice sue dignitatis cōmouet ꝑturbationes ⁊ ꝑsecutiones deijciēdo eū. vt in p̄s dicitꝛ Deiecisti eos dū alleuarentꝛ. ¶ Circa illā clausulam. Ducebat eñi illos digna necessitas ad hūc finē. Notandū est ꝙ quattuor modis cōiter homines male ducuntꝛ: quidā eñi abducūtur illecebrosa sensualitate: quidā ꝑniciosa familiaritate: quidaꝫ presumptuosa temeritate: ⁊ quidam maliciosa seueritate. A Primo ducuntur quidam illecebrosa sensualitate. Hi sunt q̄ nō ſm rationem: sed ſm passionem viuūt: qui nō quod honestuꝫ: sed quod est delectabile in omnibus querūt. Sic ductus est iuuenis ille vecors quē mulier irretiuit multis sermonib⁹ ⁊ blādicijs labiorū ꝑtraxit illū: ⁊ statim illaꝫ sequitur quasi bos duct⁹ ad victimā. Prou. vij. Narrat Fulgētius. j. mirtologi. ꝙ cū Admet⁹ rex Alcestā duxerat in vxorē cōtigit Admetū infirmari ꝯsuluit Appolinē quō posset ab infirmitate curari: rñsuꝫ ē ꝑ Appollinē ꝙ curari nō posset nisi aliqs de suis ꝓpinqs ꝓ eo moreretꝛ voluntarie. Quo intellecto Alcesta mortē spōte subijt: ⁊ ad inferna descendit. Quo cū Hercules venisset: vt inde cerberꝝ traheret: Alceste cōpatiēs cā ab inferis liberauit. Moralitꝛ mēs humana ⁊ sensualitas adinuicē copulantꝛ sicut sponsus ⁊ spōsa: vir ⁊ vxor. vir infirmatur qñ cogitatiōibus varijs agitatur: clamat ad deū cū p̄s. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sum sana me dñe: qꝛ sic orare debemus qñ mens infirmatꝛ. i. temptatꝛ: hoc est deū sapiētie ꝓ cōsilio requirere: respondit aūt deus ꝑ scripturas suas ꝙ oportet ad hoc ꝙ spiritus ꝯsequatꝛ salutē vnū de ꝓpinquis suis volūtariā mortē subire id est carnē nostrā volūtarijs penitētijs mortificari: qꝛ nisi caro moriatꝛ spūs vitā gratie non habebit. Et hoc ē qḋ dicitꝛ Ad Roma. viij. Si ſm carnē vixeritꝭ: moriemini. Si aūt facta carnis mortificaueritis: viuetis. Caro mortificata ꝑ penitētiā rōnabilē tandē descēdit ad inferos qñ in terra de qua natus est finaliter reuertetꝛ:



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-277/0447
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG